

Secundus

De casu primi hominis: Capitulum lxxv:

Inuidens ergo dyabolus felicitati hoīs in specie serpen-
tis ipsam mulierem tanq̄ fragiliozem temptandū agre
ditur q̄ cum in responsione dubitantem teneret fortius
insistit. Et sic vincens eam et vix illa mediante reiecit. Proce-
ssit ergo sic. p̄mo querendo. Cur precepit vobis deus. Secundo
asserendo. Nequaquā inq̄t moriemini. Tercio pmittendo. Eritis
sicut dii scientes bonū et malū. Procellus iste fuit maxime ver-
suce. quia p̄cellus expiēdo impellendo et alliciendo. Experien-
ciam enim accepit in interrogacione. impulit in assertione alle-
git in pmisione. Alexit vero dyabolus mulierem per triplex
appetibile. scz per scienciam que est acceptibilis rationali. per
excellenciam ad modum dei que ē appetibilis irascibili. per sua-
uitatem ligni que est appetibilis concupiscibili. Igitur vir pecca-
uit q̄ lignū vetidū gustauit: vñ et penam accepit. vt in sudore
vultus pane suo vesceret. Mulier autem in duobus peccauit:
Nam supbiuit et vetidū comedit vñ et duplicem maledidionē
habuit. scz sub viri potestate eris et hoc p̄pter primū. Item i do-
lore paries. p̄pter secundū. Dyabolus vero in serpente inuidit:
mentitus est de cepit. Vnde p̄pter primum didit ei. Super pe-
dus tuū gradieris. Propter secundū didit ei. Terrā comedes. p̄-
pter terciū didit ei. Ipsa conteret caput tuū. Si scire volueris q̄s
eorum plus peccauit scz vir vel mulier. Notandum q̄ q̄ntū ad
aliqua mulier plus peccauit et q̄ntū ad aliqua vir ipse. Nā mu-
lier peccauit plus quo ad peioris finis intencionem. Voluit em̄
fieri sicut deus. sed vir non intendebat cōtristare delicias suas:
Item mulier peccauit in plures quia i deum. in se et in proximū
Item mulier peccauit damnosius. quia plures maledidiones
recepit. Vir autem peccauit plus q̄ntum ad originem: quia ex
certa consciencia. Item vir peccauit maiori ingratitudine. Que-
runt quoq̄ multi cur deus hominem fecerit qui peccare posset:
Sed ad hoc assignantur plurime rationes. Prima vt oñdatur
dei potencia. qui solus inuertibilis est. omnis aut creatura mu-
tabilis. Secunda ratio est vt declararet dei sapiencia qua ex ma-
lo scit elicere bonū quod nō potuit fieri nisi deus creaturam fecis-
set vertibilem in malum. Tercia vt manifestat dei clemencia q̄
christus per mortē suā hoīem perditum liberauit. Quarta vt o-
stendatur dei iusticia que non solum reddit bonis p̄mia sed etiā
malis supplicia. Quinta vt homo non sit peioris cōditionis q̄m
alie creature quas omnes deus sic amministret vt eas agere p̄